

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus dei gracia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus in perpetuum. Quoniam onere secularium negociorum adeo deprimimur, ut querelam | psalmiste nobis competere doleamus, „adhesit in terra venter noster“, necesse est, ut elemosinarum | largitione ad concambienda transitoriis eterna quando-
 5 que conemur assurgere. Igitur sancte fidelium universitati constare volumus, quod nos de voluntario consensu fratris nostri Cunradi et consilio optimatum nostrorum in humatione ossium fratris nostri Ludewici lantgravii, qui in procinctu crucis occubuit, Reinhersburnensi ecclesie, quam, sicut a progenitoribus nostris ad nos devolutum est, amplificare tenemur, pro remedio anime ipsius simulque nostrarum nec non patris ac parentum nostrorum
 10 contulimus x mansos sitos in Ludirsburnin cum totali proventu et plenaria utilitate quatenus fratres dicte ecclesie ipsis iure proprietatis quiete gaudentes pro salute nostra et prosperis successibus studiosius celesti regi valeant militare. Ut autem huius nostre devotionis largitio rata et inviolabilis permaneat, presentis privilegii conscriptione et sigilli nostri [a]ppositione roboravimus, atque fructuosior sit nostre devotionis affectus, sancimus,
 15 ne quis in denominatis bonis quicquam iuris sui usurpare aut aliquam tyrannidem audeat exercere. Actum in Reinhersburnin anno ab incarnatione domini m. cē. & x. viii, indictione i coram: his testibus Lamberto episcopo Livolensi, Ludewico Hersueldensi abbate, Cunrado Cellensi abbate, comitibus Boppone de Henninbere, Henrico de Suarzbure, Guntero de Keuirbere, Henrico scriptore, Rūdolfo pincerna, Reinhardo Porco, Friderico de Driuorte,
 20 Diterico Meiz et omnibus, qui exequiis interfuerunt.

(SD.)

415.

*Landgraf Heinrich bestätigt mit Einwilligung seines Bruders Konrad und auf Bitten seiner Mutter (Sophie) die Urkunde seines verstorbenen Bruders (No. 310), betreffend die Vertauschung
 25 von 6 Hufen Landes in Vehra und Henschleben gegen 4 Hufen des Klosters Pforte in Berka, Schwabsdorf und Daasdorf. — Zeuge: Konrad, Bruder des Landgrafen. 1228 [Jan.—Sept.]*

Hdschr.: Kop. Perg. Dipl. Port. (Saec. XIII) fol. 37^a. Transsumptbuch (Saec. XVI) fol. 145^b. Bibliothek der Landesschule Pforta.

Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforte 125.

30 In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus. Quoniam fragile hominis ingenium^{a)} ad rerum turbas non sufficit, ideo plerumque contingit, ut ea, que geruntur ab hominibus, de facili in oblivionem vertantur, nisi ad successionis memoriam supervictura scriptorum serie protelentur. Ad cuius rei cautelam presentis littere testimonio declaramus, quod, cum pie memorie Lude-
 35 wicus frater et predecessor noster tres mansos in Hentscusleiben, quos tytulo proprietatis possederat, vacantes et annuatim^{b)} sibi pensionem solventes et item tres alios in Ver,